Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Omnis in excelsis te laudat celitus omnis et mortalis homo et cuncta creata simul. Glia laus. Plebs hebrea tibi cum palmis obviam venit cum pace voto vnpnis assumus ecce tibi. Cum prule. Hy tibi passus solvebat munia laudis nos te regnant pangimus ecce nidos. Glia laus. Hy placet et placeat devoto vna rex pie rex clemens cui bona cuncta placent. Cum prule. Hecrat hebreos iam Glia sagus alti nos facit hebreos filius ecce pius Glia laus. Hic tibi pro palme nobis victoria munus ut te victori sorte canamus. Cum

In diebus illis. Venerunt filii Lō libri Exodi .16.
israel in helym ubi erant duodecim fontes aquarum et septuaginta palme: et castrametati sunt iuxta aquas. Profectique sunt de helim. et venit omnis multitudo filiorum israel in desertum sinum quod est inter helym et synai quindecimo die mensis secundi. postquam egressi sunt de terra egypti. Et murmurabant omnis congregatio filiorum israel contra moysen et aaron in solitudine. Dixeruntque ad eos filii israel. Utinam mortui essemus per manum domini in terra egypti quando sedebamus super ollas carnium et comedebamus panes in satietate. Cur induxistis nos in desertum istud ut occideretis omnem multitudinem fame. Dixit autem dominus ad moysen. Ecce ego pluam vobis panes de celo. Egrediatur populus et colligat quotidie sufficiunt singulos dies ut tentem eum utrum ambulet in lege mea an non. Die autem sexta parent quod intulerint. et sit duplum quam colligere solebant singulos dies. Dixeruntque moyses et aaron ad omnes filios israel. Vespere scietis quod dominus eduxerit nos de terra egypti et mane videbitis gloriam eius. Audivit enim murmur vestrum contra dominum nos vero quid sumus quia murmuratis contra nos?